

beneficium per probationem a predicto reo in contrarium factam: nam ipse Ioannes nihil aliud sciebat, quam quod oculis in Bullis videbat & erat patens. Non etiam obest alia allegatio dicti actoris asserentis, quod tempore a se praestiti dicti consensus, atq; approbationis coram iudice Apostolico facta, ignorabat, vtrum dicta sua reuocatio Romae congruo tempore facta fuisset necne; non posse renuntiare iuri, quod nesciebat sibi competere ratione dictae reuocationis legitime factae, vt postea apparuit iuxta regulam iuris *l. mater decedens, cum similib. ff. de inoffic. testamen.* Nam respond. Primo, nullum ius competere ex ea reuocatione dicto actori: quia, vt saepe dictum est, praedicta Bullae fuerunt expeditae prius quam fieret dicta reuocatio Romae, imo antequam constitueretur procurator ad reuocandum, vt constat ex data ipsarum, & consensu a tergo posito, & ex data reuocationis & mandati ad reuocandum facti.

Secundo respondeo, quod dictus Ioannes resignans, tenebatur scire, vel saltem prauidere, vt sibi prospiceret, priusquam faceret praedictam approbationem contingere potuisse, vt praedicta reuocatio tempore debito facta esset, quandoquidem constituit procuratorem ad eam faciendam, & ad eum effectum instrumentum reuocationis Romam misisse cum propriis literis familiaribus, vt quanto citius posset, fieret dicta reuocatio. Quod si sciens hoc, vel scire debens, approbavit dictas Bullas, petiitq; possessionem dictae portiois dari dicto Ioanni, sibi imputet, quia paria sunt scire vel scire debere, vt in *l. quod te mihi, ff. si certum petat, cum similib. sic* que potuit vel debebat saltem in genere cogitare dictum casum.

Tertio respondeo, probatum existere in processu dicti Ioannem resignatem, antequam fecisset dictam approbationem, sciuisse Ant. de Treio, cui missa fuere instrumenta ad dictam reuocationem faciendam, rescriptis, ad se eam peruenisse & factam fuisse debito tempore: vt testatur hoc testis fide dignus ab altera parte productus, affirmans se legisse dicto Ioanni epistolam dicti Antonii, qua id scripsit. Cui testis, quamuis singulari, cum deponat de suo proprio facto, ex quo nullum commodum reportat, magna fides adhibenda est: & non deest, qui dicat, integram fidem esse dandam, vt pat. Couar. in pract. q. cap. 33. nu. 3. col. 2. illius m. Maxime, cum sint alii tres testes deponentes de confessione extraiudiciali dicti actoris super eodem, qui quidem sunt Sacerdotes & beneficiati in Ecclesia Cathedrali dictae ciuitatis, ac proinde maxima fidei & auctoritatis.

Quo fit, vt simul iuncti integram fidem faciant, cum prior testis deponat de facto, ceteri de confessione extraiudiciali, iuxta doctrinam Bart. in *l. admonendi, num. 42. de iur. iur. an. vbi* Doctores communiter, & alibi sapientissime sequuntur & testantur communem illam doctrinam Bart. ex text. in cap. fin. de success. ab intest. sicque probata existit sufficienter scientia dicti Ioannis resignantis, tempore, quo approbationem praedictam fecit. Et tanquam sciens potuit omni iuri sibi competenti ratione dictae reuocationis renuntiare, & renuntiantibus iura sua non datus regressus, *l. queritur, ff. si venditor, ff. de adit. edict. cum alius a Tirac. cumulatim in tract. de retract. §. glossa 9. num. 119.*

Minus obstat dicere, quod tempore gratiae d. portiois, dictus Ioannes nunc reus habebat prioratum Turris Crematae, eiusque non fuisse factam mentionem in supplicatione gratiae dictae portiois, ac proinde ipsam subreptitiam ac nullam fuisse. Quoniam instrumento productio a dicto Ioanne constat euidenter, gratiam & prouisionem dicti prioratus fuisse die sequenti post consensum portiois factam. Quibus omnibus sic extantibus, iudicio meo iustitia dictae rei satis clara no-

toriaque efficitur, & praesens causa decidenda venit in fauorem dicti rei, prout spero futurum annuente Deo, datum Placentiae 23 die Ianuar. anno 1570. Sic factum fuit postea per vicarium Placentinum: nam is sententia lata die 4. Februarii eiusdem anni absoluit & liberauit dictum reum a petitis per dictum actorem imponendo ei perpetuum silentium super praedicta portione. Et dictus actor appellauit, appellationeq; pendente partes inierunt concordiam & transactionem super hac lite pensione certa super dicta portione imposita auctoritate Apostolica in fauorem dicti actoris, remanente tamen dicta portione penes dictum reum eiusdem possessorem, & sic finita est haec lis.

S V M M A R I A.

- 1 Unum tantum beneficium in posterum est singulis conferendum, &c.
- 2 Plura beneficia simplicia vel Ecclesiam parochialem & capellaniam simul an possit quis habere: & num. 3. quod hodie attento sacro Concilio Tridentino id non liceat.
- 4 Per ademptionem possessionis secundae beneficii, vel ex quo stetit per adpesci debentem, quo minus possessionem acciperet, vacat primum, imo priuatur eo ipso iure.
- 5 Habenti duo beneficia contra iuris prohibitionem, non datur vllus terminus ad optandum vel declarandum, vtrum beneficium ipsorum eligat habendum, & alterum dimittendum vel resignandum.
- 6 Ordinarius potest praesepere habentibus plura beneficia in suo Episcopatu, vt intra certum terminum exhibeant dispensationes, quarum auctoritate possideant dicta beneficia.
- 7 Episcopus potest alteri conferre beneficium curatum, quod alius obtinebat, postquam alius recepit consimile & ipsius possessionem pacificam accepit, vel per eum stetit, quo minus acciperet, non tamen potest illum, cui contulerit inducere in possessionem possessore non vocato, & num. 10.
- 8 Episcopo licet sine alia causae cognitione auferre possessionem, vbi ius perdidit ille, qui Ecclesiam possidebat.
- 9 Electio & collatio beneficii vacantis facta alicui, non impeditur praeterea appellationis ab ea interposita.
- 11 Intrusus dicitur, qui absq; titulo eius, qui dare potest, tenet beneficium, & non ille, qui ab illo habet titulum, qui dare potest, licet de ipsius prouisi vel tenentis titulum, validitate dubitetur vel disputetur.
- 12 Intrusus dicitur, qui accepit possessionem beneficii ante collationem.
- 13 Intrusus dicitur, qui propria auctoritate intravit beneficium possessionem, quamuis cum signatura ingredatur.
- 14 Possessor non est spolians iuris ordine non seruato, quousque beneficium vacat de iure, non tamen de facto.
- 15 Possessor non remouetur a sua possessione, licet vitiosus, si sine causae cognitione, ex quo titulo possidet, licet iniusto.
- 16 Appellari licet, non posita poena legis vel canonum, a declaratione tamen ipsius in ipsam incidisse, quando constat non incidisse, vel est dubium, bene admittitur appellatio.
- 17 Intrusus non dicitur retinens beneficium post priuationem & depositionis sententiam a qua appellauit: imo ea pendente id retinere potest, nec sibi auferendum est.
- 18 Episcopus in omnibus casibus in quibus beneficiatus ipso iure, vel per sententiam hominis iam rite laetam, &

qua transit in rem iudicatam, perdidit ius, quod habebat in beneficio, potest & debet conferre ali beneficiarium, & primo auferre possessionem sine alia causae cognitione.

- 19 Appellatio non admittitur in notoriis.
- 20 Appellatio non admittitur in actu, quem quis approbavit, quia ab eo appellari non potest.
- 21 Appellari non potest ab actu, qui fit secundum iuris dispositionem & canonicas sanctiones, nec a iudice iuris dispositionem & decretum exsequente.

CONSILIVM X.

IN praesenti causa fiscalis contra Ludouicum clericum Placentinum de & super vacatione beneficii societatis vulgo nuncupati, quod obtinet in hoc Ecclesia Cathedrali Placentina, praesupposito tenore Bullarum ipsius beneficii, praecipue clausula, volumus autem, &c. carundem, qua Summus Pontifex Pius V. praecipit; *Utrum primum sortitur effectum regressus Ecclesia Parochialis cuiusdam oppidi, quem ipse Ludouicus habet, ipsiusque possessionem natus fuerit, eo ipso vacet ipsum beneficium societatis, & id omnino dimittere teneatur dictus Ludouicus.* Visoque processu huius causae, videtur de iure optime fundata petitio fiscalis asserentis, dictum beneficium societatis vacasse, ac per consequens prouidendum esse nunc idoneae personae: quandoquidem effectum sortitus est regressus praedictae Ecclesiae Parochialis morte Petri eius ultimi possessoris. Et praeterea concurrunt, quae infra dicentur suo loco. Primo, per dictam clausulam volumus autem, &c. quae expresse disponit, quod supra dictum est. Et non datur vllus terminus praefato Ludouico ad declarandum optandumve nec eligendum vnum ex praedictis beneficiis. Item decret. 17. sess. 24. sacrosancti vniuersalis Concilii Tridentini. Cum quo decreto in eius prima parte videtur se conformare voluisse Summus Pontifex in dicta clausula, volumus autem, &c.

Quia in dicto decreto asseritur, vt in posterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur: itaque prohibet collationem plurium beneficiorum in fauore vnius fieri. Vnde inferitur, quod collatio facta contra formam dicti decreti erit nulla, arg. tex. in c. ordinarij, ad fin. vers. quia etiam ostensa, & in vers. aliter, de offic. ordin. lib. 6. Quo attento, quia non poterat conferri vni personae plus quam vnum tantum beneficium, Summus Pontifex praecipit, quod cum dictus regressus sortitur effectum, & quamprimum dictus Lud. natus sit possessionem ipsius beneficii curati, vacet eo ipso beneficium societatis, &c. Quo expresse probatur, dictum Ludouicum non habere optionem, quandoquidem ei non fuit facta collatio plus quam vnius tantum beneficium: nec secundum ius & dictum decretum poterat aliud fieri.

Per quod decretum Concilii declaratur & ampliat ius canonicum, prohibens in vna persona pluralitatem beneficiorum, &c. Quia videbatur secundum hoc, quod in beneficiis simplicibus non habeat locum dicta prohibitio, nec eius poena, vt bene tetigit Abb. in cap. quia nonnulli, nu. 5. de cleric. non resid. Imo eadem ratione in obtinente Ecclesiam Parochialem & vnam capellaniam, in qua debeant Missae celebrari per capellanum ex fundatione ipsius, idem concludunt & beneficiati in facti contingentia, & in obtinente duo beneficia simplicia, Oldrad. consil. 105. & Lap. allegat. 36. & 116. & 117. Dicunt tamen ipsi, quod si haec duo beneficia sint incompatibilia, vtrumque requirere necessario residentiam personalem, no inducitur vacatio primo ipso iure, sed datur etiam hodie optio ex d. cap. referente, & c. praeterea, quia iura noua, quae inducunt priuationem primi ipso iure, loquuntur in duobus curatis, vel dignitatibus & personatibus, & non debent extendi ad duo

simplicia, vel vno simplex & aliud curatum. Et ampliat supra dicta Oldrad. vbi supra, etiam in ipsa gratia apponatur grauumen, vt residet in hoc loco beneficii: alioqui ipsa gratia & ipsius effectus nullus sit penitus momenti, quia est monitio & comminatio.

Hodie namque attento dicto decreto S. Concilii cessat hoc dubium, quia eo prohibetur pluralitas & collatio beneficiorum vni personae faciendae, & tantum permittitur vnius beneficii prouisio, quamuis sit simplex, vt probatur in illis verbis, vt in posterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum, &c. Quandoquidem liquet, beneficia simplicia esse beneficia Ecclesiastica, & quae non possunt obtineri absq; institutione & collatione canonica, vt in reg. beneficium, & ibi Dd. de reg. iur. m. 6. & probatur vltius expresse in d. decret. ibi, haec, quae non modo ad Cathedralis Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam secularia, quam regularia, quaecumq; etiam commendata pertineant, cuiuscumq; tituli ac qualitatis existant. Maxime, cum ambo beneficia, quae nunc possidet d. Ludouic. in incompatibilia requirunt residentiam personalem in diuersis Ecclesiis & locis, & vnum eorum sit beneficium parochiale. In quibus duobus beneficiis militant rationes iuris, prohibentis pluralitatem beneficiorum: cessant etiam supra dicta in nostro casu, attenda d. clausula Bullarum, volumus autem, &c. Per quam etiam cessat opinio aliorum tenentium, quod quando quis habet vnum beneficium in habitu, & aliud in actu, & postea efficitur in actu primum beneficium, datur ei optio: nam in proposito contrarium deciditur per dictam clausulam, & per iura infra alleganda.

Secundo, quia d. Ludou. accepit iam diu possessionem d. regressus & beneficii curati, antequam fortiretur effectum regressus huiusmodi ad tempus, quo sortiretur eundem effectum. Itaque morte d. Petri iam sortitus est effectum d. regressus simul cum possessione, & verificata fuit omnino d. clausula, volumus autem, &c.

Tertio, quia ad impetrandum hoc beneficium societatis no fuit facta mentio Summo Pontifici huius possessionis, qua nactus fuerat iam dictus Ludouicus virtute dicti regressus ad tempus effectus regressus. Nam si dictae possessionis fieret mentio, Summus Pontifex in concessione gratiae dictae societatis exprimeret & praeciperet, quod quamprimum sortiretur effectum regressus huiusmodi, eo ipso vacaret societas, nec requireret iam captionem possessionis beneficii parochialis, quandoquidem eam cepisset. Et quia huius possessionis non fuit facta mentio Summo Pontifici, praecipit, vt quamprimum sortiretur effectum regressus, & dict. Ludou. natus fuerit possessionem, vacaret eo ipso societas.

Quarto, per tex. in extranag. exsecrabilis, Ioan. 22. de prebend. in vers. qui vero demceps: vbi praecipitur, quod recipientes dignitatem, vel personatum seu officium curam animarum habent, si ante simile beneficium obtinebant hodie vel quodq; aliud Ecclesiasticum, vt in dict. decreto sancti Concilii Tridentini absq; mora dispendio in ordinarios eorum manibus dimittere teneantur verbo & facto, ac sine fraude sub testimonio publico: imo dicto primo beneficio priuati sunt ipso iure, postquam secunda possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo & fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit. Qui tex. est expresse in proposito, & maxime notandus in duobus. Primo, quod accipiens secundum beneficium eo ipso tenetur dimittere primum beneficium in manibus ordinarii (qui est Episcopus, vt probatur in eodem text. inferius in vers. ceterum, ordinarios intelligimus in casibus supra scriptis, Episcopus, in quorum ciuitatibus vel diocesi consistunt beneficia seu aliquid eorum, &c. verbo & facto, absque fraude, sub testimonio publico, & hoc sine mora dispendio. Et ita praefatus Ludouicus nullum terminum habet ad optandum neque declarandum, sicut minus bene praedicit

contra illum text. & hoc non factu remanet priuatus ipso iure secundo beneficio *ut in d. text.*

Secundo notandus est ille text. ad hoc, quod quamuis acceptans secundum beneficium non facit dimissionem primi in forma supradicta, statim quod nanciscitur possessionem secundi beneficii, vel stat per eum, quo minus eam accipiat, remanet priuatus ipso iure dicto primo beneficio. Cum igitur dictus Ludouicus habeat iam possessionem dicti secundi beneficii curati, statque praterea per eum, quo minus eam ratificauerit vel de nouo acceperit, sicut sibi permillum & concessum fuit expresse per Illustrissimam Vestram Dominationem, nec fecerit dimissionem dicti primi beneficii, nec curati in forma publica supradicta, imo cum cautela & fraude ambo beneficia retinere velit; Quandoquidem contendit se habere sex menses ad declarandum & optandum vnum eorum, & nullum dimittit, remanet & est priuatus ipso iure dicto beneficio, societatis nuncupato: quod est primum beneficium, cuius habuit prius possessionem eum effectu & perceptione fructuum, tam iuxta illum text. quam secundum clausulam, volumus autem, & c. Bullarum gratia dicta societatis.

Et per d. extrauag. probatur etiam manifestissime, minime habere praefatum Lud. aliquem terminum ad declarandum, vtrum beneficium supradictorum eligat habere, & vtrum dimittere, sed quod sine mora dispendio statim tenetur dimittere primum, & est eo ipso iure priuatus, postquam secundi possessionem habuerit, vel steterit per eum, quo minus habeat. Et idem ante illius text. promulgatione decisum exstabat, nempe, quod per adoptionem secundi beneficii curati vacaret ipso iure primum, & eo existeret priuatus possessor nullo sibi concessio termino ad declarandum, nec ad optandum, per text. in c. de multa, de preben. cum concord. per quem text. corriguntur iura antiqua, scilicet, text. in c. referent, & in c. praterea, eod. tit. de preb. condecencia optionem possessori, vt aduertit & deducit glos. in c. de multa, verb. condecenderit, & ibi Dd. Abb. in d. c. quia nonnulli, n. 4. de cler. resid. & ibi additio marginalia bonas remissiones allegat, & Archid. in d. c. ordinarius, num. 3. de offic. ordin. lib. 6. & ibi Dominicus in versio. quod si forte, nu. 4. & hoc planum & absque dubio hodie est, attenda decisione noua d. extrauag. & decreto supradicti sancti Concilii Tridentini, & clausula supradicta, volumus autem, & c. dictarum Bullarum.

Quinto per vltra supradicta iustitia fiscalis in hac causa fundatur & probatur per text. in c. ordinarius, qui renouatur & seruari praecipitur per decret. s. sess. 7. sancti Concilii Tridentini, quo probatur, quod ordinarius potest & debet districte compellere habentes pluralitatem beneficiorum in suo Episcopatu, vt intra modicum tempus pro facti qualitate arbitrio ordinarij moderando exhibeant dispensationes, quarum auctoritate possident beneficia. Quod si non fecerint nec exhibuerint in d. termino, iusto impedimento cessante, eo ipso videatur constare, eos illicite praed. beneficia obtinere, & illi, ad quos eorum collatio pertinet, debent praedicta beneficia prouidere libere personis idoneis. Ergo cum hic terminus fuerit assignatus praefato Lud. per Vestram Illustrissimam Dominationem, & non exhibuerit nec produxerit dispensationem aliquam, nec alleget, eam se habere, ad minus debet prouideri dictum beneficium societatis tanquam vacans per supradicta persona idonea, a Dominatione Vestra suoq; Capitulo eligenda, (quia ad eos etiam pertinet prouisio & collatio d. societatis) vt in d. c. ordinarius. Quo probatur, & ibi Dd. aperte insinuat & praesupponunt, quod hoc casu Dominatio Vestra ex proprio officio absq; partis petitione potest procedere, quia proprium officium pastoris in hoc consistit.

Sexto, per ad idem est optimus text. in c. licet Episcopus, 7 de preb. in 6. vbi probatur, quod Episcopus potest de iure alteri conferre beneficium curatum, quod aliquis obtinebat, postquam aliud recepit consimile, ac ipsius possessione pacifica habuit vel per eum stetit, quo minus haberet eandem, vbi gloss. allegat etiam text. in c. cum Missa, §. 1. de elect. in 6. qui in alio licet proposito, idem probat, scilicet, paria esse, accepisse possessionem beneficii, vel stare per eum, quo minus eam habeat. Et cum his remanet bene fundata pars haec fiscalis & sine dubio.

Solum restat scire; Vtrum sententia, qua ferenda sit super hoc negotio, in qua debet declarari, vacasse dictum beneficium societatis, & mandari debet prouideri persona idonea, sit exsequenda cum effectu spoliando dictum Ludouicum a sua possessione dicti beneficii, non obstante ipsius appellatione?

¶ Et primo videtur, quod sic: ex traditis per Innocent. & ceteros Dd. in cap. accepta, de restit. spoliat. ad fin. dum dicit, Item in primo casu & in omnibus aliis, vbi ius perdidit ille, qui Ecclesiam possidebat. licet Episcopo sine alia causa cognicione ei auferre possessionem, quia in hoc exsequitur suum officium, vt hic, & infra de insti. cap. 3. & supra de pact. cap. accepimus, & cap. cum clericis. Sed non sic in secundo casu, quia ibi nunquam licet auferre possessionem, nisi post sententiam. Et vltra ordinarios ibi sequitur hoc dictum Innoc. dicens singulare Roman. consil. 483. an cap. dubitatur, 3. col. num. 9. vers. sed tamen in his non obstantibus, & iterum col. fin. vers. non obstantibus, & Lud. Mexia in leg. Regia Toleti, de los terminos, 1. part. 10. fundam. nu. 34.

Secundo, per text. in cap. constitutus, et secundo, de appellat. vbi electio & collatio beneficii vacantis facta alicui, non impeditur praetextu appellationis ab ea interponitur.

Tertio, per dictum decret. s. sess. 7. sacrosancti Concilii Tridentini, ibi, Appellationibus, privilegiis & exemptionibus quibuscumque, & c. in praemissis minime suffragantibus. Sed pro per contraria parte facit text. in d. cap. licet Episcopus, de preben. in 6. vbi probatur, quod licet Episcopus possit conferre alteri beneficium curatum primum alicuius, post id secundi possessionem accepit, vel per eum stetit, quo minus haberet eandem, illum tamen, qui contulerit non debet possessore non vocato, cum ei forsitan possitius competere retinendi in possessionem illius inducere corporalem. Ex quo textu plures determinationes & doctrinas Dd. refert atq; cumulat in fauorem iniusti detentatoris beneficii ad hoc, vt eo non debeat priuari nec spoliari iuris ordine non seruato, quia beneficium vacat de iure, Felin. in c. cum olim, nu. 11. col. 3. illius num. in versio. vbi autem certum non est, de sent. & re iud. Quamuis in primo d. in intelligat dictum text. alios allegans, quando potest esse dubium de iure possidentis: nam possessor beneficii intrusus notorie & inexecutable, potest spoliari non vocatus. Sed in nostro casu dicit Ludouicus non videtur intrusus, sed possessor eum titulo.

Quia per intrusus dicitur, qui absque titulo eius, qui dare potest, tenet beneficium, & non ille, qui ab illo habet titulum dare potest, licet de ipsius prouisi vel tenentis titulum validitate dubitetur vel disputetur, vt cum Innocent. & Compollm in cap. nihil est, in gloss. magn. circa med. de elect. tenet Rota 13. de cass. possess. & propriet. in antiquis, fol. mihi 22. col. 4. in primo, & ibi addit. marg. allegat Felin. sequitur Rebuff. in praxi benefic. in regul. Canc. ill. de subrogand. collat. in verb. dummodo praefatus collatigam, & c. gloss. 4. num. 4. & seq. fol. 330. Vbi etiam ponit alios septem casus, quibus aliquis dicitur intrusus, & nullus eorum conuenit in proposito.

Nec per etiam dictus Ludouicus accepit possessionem dicti beneficii societatis ante collationem: hoc enim si fecisset,

fecisset, esset intrusus secundum Abb. cap. cum iam dudum, de prebend. per illum text. & postea collatio illi facta non valeret, vt ibi, & in cap. in nostra, per Felin. de rescript. tradit Rebuff. in d. praxi benefic. tit. de miss. in possess. num. 8. fol. 88.

Item per dictus Ludouicus non intravit possessionem huius beneficii propria auctoritate: quo casu diceretur etiam intrusus, quamuis cum signatura ingrederetur, vt per eosdem Doctores vbi supra, & per eundem Rebuff. alios allegantem in d. praxi benefic. in forma & declaratione noua prouisi, in versio. per se vel alium, fol. 220. sed cum titulo canonico habito ab eo, qui poterat dare, ingressus est possessionem huius beneficii, & auctoritate sententiarum in contradictorio iudicio latorum a iudicibus Apostolicis huic negotio specialiter deputatis per Summum Pontificem. Vnde non debet, iuris ordine non probato, praedictu beneficio spoliari. Quia

14 licet hoc casu vacet beneficium de iure, non tamen vacat de facto, quo casu non est spoliandus possessor iuris ordine non seruato, vt est text. de hoc in cap. cum in nostris, & de concess. prebend. & ibi Abb. num. 19. optime tradit & distinguit. Et per Archid. in d. cap. licet, de prebend. in 6. num. 2. inquit, quod possessor non remouebitur a sua possessione, licet vitiosa, sine causa cognicione, ex quo titulo possidet, licet iniustus, idem tenet gloss. in d. cap. licet, in verbo, te non vocato, per text. in cap. volumus, 16. quest. 4. Et sic intelligit text. in d. cap. cum in nostris, & alia iura ibi allegata, vbi gloss. in fin. dicit. Et quod hic dicitur, idem intelligit secundum praedictos Dd. in omni casu, in quo priuatus est quis ipso iure, vt in terminis c. licet cano. de elect. in 6. licet utilis esset declaratio.

Si ergo possessor beneficii, licet iniustus, debet citari & audiri antequam spoliatur, videtur quod licet vna sententia sit condemnatus, & declaratur vacare dictum beneficium, si ab ea legitime appelletur, quod non possit exsequi, quandoquidem est vna tantum sententia, in qua declaratione potuit grauari possessor. Quia per licet a pena legis vel canonis non appelletur, vt in cap. quia nos, de appell. & in l. si qua pena, ff. de verb. signific. a declaratione tamen ipsius (hoc est) in ipsam incidisse, quando constat non incidisse, vel est dubium, bene admittitur appellatio. Haec est gloss. singularis in cap. cupientes, verb. priuatus, in versio. si autem, de elect. in 6. quam singularem & Legistis incognitam appellat Curt. Jun. plures optimas remissiones ad hoc allegans in l. vnic. in princ. num. 41. ff. si quis ius dicent, non obtemper. Et hoc videtur esse quod voluit dicere text. in d. cap. licet Episcopus, ibi, cum et forsitan possit competere ius retinendi. Et licet sententia lata in contrarium appareat, appellatione tamen ab ea interposita suspenditur iudicium, iuxta textum in l. 1. §. fin. ff. ad Turpilian. iuxta eius communem intellectum ad resolutionem: quia iudici appellationis poterit videri in contrarium.

16 in qua declaratione potuit grauari possessor. Quia per licet a pena legis vel canonis non appelletur, vt in cap. quia nos, de appell. & in l. si qua pena, ff. de verb. signific. a declaratione tamen ipsius (hoc est) in ipsam incidisse, quando constat non incidisse, vel est dubium, bene admittitur appellatio. Haec est gloss. singularis in cap. cupientes, verb. priuatus, in versio. si autem, de elect. in 6. quam singularem & Legistis incognitam appellat Curt. Jun. plures optimas remissiones ad hoc allegans in l. vnic. in princ. num. 41. ff. si quis ius dicent, non obtemper. Et hoc videtur esse quod voluit dicere text. in d. cap. licet Episcopus, ibi, cum et forsitan possit competere ius retinendi. Et licet sententia lata in contrarium appareat, appellatione tamen ab ea interposita suspenditur iudicium, iuxta textum in l. 1. §. fin. ff. ad Turpilian. iuxta eius communem intellectum ad resolutionem: quia iudici appellationis poterit videri in contrarium.

17 Hinc per est, quod retinens beneficium post priuationem & depositionis sententiam, a qua appellauit; non dicitur intrusus (sicq; bene poterit id retinere post appellationem, nec ei, ea pendente, auferendum est) Innocent. in cap. qualiter, et 2. col. 3. num. 10. de accus. quem refert & sequitur alios allegans Rebuff. in praxi benefic. in d. reg. Canc. ill. de subrogand. collat. gloss. 4. num. 10. fol. 331.

18 Praeterea per hoc videtur in terminis tenere Archid. in d. cap. ordinarius, num. 3. dum dicit, quod in omnibus casibus, in quibus beneficiatus ipso iure vel per sententiam hominis iam ritelata, & quae iam transiuit in rem iudicatam perdidit ius, quod habebat in beneficio, potest & debet conferri alii beneficium, & licet Episcopo, ei, qui ius perdidit, auferre possessionem, si ipsi incumbat de facto, sine alia causa cognicione: quia in hoc exsequitur officium suum, vt in d. cap. accepta, de restit. spoliat. Et sic videtur intelligere doctrinam Innocent.

cent in d. cap. accepta, supra relatam pro contraria parte, scilicet, quando praecessit sententia transacta in rem iudicatam, idem refert & sequitur Dominicus, ibi, in d. cap. ordinarius, vers. quod si forte, n. 7. vbi cum Ioan. A. nd. intelligit Innoc. vbi §. & sequaces, dum loquitur de priuatione iuris, esse veru quoad collationem beneficii. Sed quod dicitur, de possessione esse falsum, vt in d. c. licet Episcopus, nisi intelligas de priuatione iuris declarata per sententiam iudicis, vt haec sit mens, quod siue per sententiam declaratur priuatus, siue priuetur, procedat, quod illi dicunt. Et hac secunda parte retenta potest respondere text. in d. c. constitutus, et 2. adducto pro priore, quod loquitur, quod beneficium vacat de iure & de facto, quia in casu illius text. nemo erat in possessione, & appellatio fuit interposita a decano opponente in personam electi vel prouisi. Non etiam obest decretum supra sess. 7. Concilii Tridentini, in verbis supra relatis, quia quatenus tollit appellationem, videtur loqui respectu tantum assignationis congruae portionis fructuum beneficium, quae ibi vicariis fieri praecipitur, vt constat ex decret. 6. sess. 21. eiusdem Concilii. Quid dicendum?

Mhi, supra proxime dictis minime obstantibus, prior sententia videtur amplectenda, videlicet, vt lata sententia contra ipsam Ludouicu exsequi statim possit, sua appellatione non obstante: & hoc propter expressam prouisionem Summi Pontificis Pii V. factam in praedictis Bullis societatis, scilicet, vt cum primum, & c. A qua non licet appellare, cum contineatur in literis Apostolicis: & ea lege sit collata dicta societas Ludouico praefato, & non alias, nec alio modo: ipsaque Ludouicus eandem cum praedicta lege acceptauerit ceperitque possessionem ipsius: & sic non possit villo modo aduersus proprium factum & tenorem literarum Apostolicarum venire. Quo fit, vt plusquam manifestum sit, quod praedictu Ludouico optio non competat: quia verificata est conditio Bullarum, & a forma tradita recedere non licet. Et tenendo hanc partem, prout tenenda est, minime obstant adducta pro contraria: quia ipsa cessant in nostro casu, cum praedictus Ludouicus fuerit citatus & auditus, & sic causae cognitio interuenit, nullamque exceptionem alleget, quae non sit contra prouisionem expressam Summi Pontificis ab eodem Ludouico receptam tempore, quo cepit possessionem dictae societatis. Quo fit, vt appellatio quoq; minime sit admittenda a praedicta sententia declaratoria eius, quod in dictis literis Apostolicis continetur, cum de verificatione praedictae conditionis (scilicet, in euentum, quod regressus fortitatur effectum) non dubitetur: quia est notorium, fortitum iam fuisse effectum, prout constat ex processu: & pars aduersa id minime negat.

Et per in notoriis non admittitur appellatio, cap. cum sit Romana, & cap. cum sit speciale, §. porro, & ibi Decimus col. 1. num. 5. de appellat. Nec per etiam admittitur in actu, quem quis approbavit: quia ab eo appellari non potest, vt in l. ab eo, C. quomodo & quando iudic. & l. fin. C. de tempor. appellat. tradit Marant. de ordin. iudic. 6. part. princip. ut. de appellat. num. 306. Item per in actu, qui sit secundum iuris dispositionem & canonicas sanctiones, & a iudice iuris dispositionem & decretum exsequente non potest appellari, text. in cap. consuluit, et 3. de appellatione. Marant. vbi supra, num. 345. Placentia mense Septembris Anno 1572. his haec fuit iudicis decreto ita diffinita iuxta hoc consilium in fauorem dicti fiscalis, a quo fuit appellatum a praedictu Ludouico, ad Regiam Cancellariam Vallisoleti & negotium deductum, vbi alio decreto declaratum fuit, iudicem non grauare praedictum Ludouicum in non deferendo suae appellationi: & causa fuit remissa ad praedictum iudicem a quo.